

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 24. Augustinum totum esse suum, Berengarius & Calvinus in vanum  
gloriantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

# De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

117

verè continet. Quomodo etiam columba, quæ super Christum baptizatum descendit, signum fuit Spiritus sancti realiter praesens; lingua igne, signum ejusdem super Apostolos realiter illapsum die Pentecostes; pulsus celer & elevatus, sicut & faciei ardor, signum febris praesens; Christus ipse, post resurrectionem suam discipulis apparet, canticis in Emmaüs, fingens se longius ire ( secundum Augustinum ) figuravit seipsum post paucos dies realiter ascensum in celum, iter à communione hominum via longius remotum. Et idem ipse rursus in Evangelio positus dicitur in signum cui contradicetur. Et apud Itiam, stare in signum populum. Et incurvè oblati in hoc mystero, signum & figura sui ipsius in cruce crucente oblati, juxta illud: *hoc facit in mea commemorationem*. Denique corpus Christi verè, realiter & substantialiter existens in Eucharistia 1°. quatenus ibi sub specie panis, figura, sym bolum & signum est fui ipius sub propria specie. 2°. quatenus ibi incurvè offertur, signum & symbolum est fui ipius crucente oblati in cruce. 3°. signum & symbolum est corporis sui mystici, quod est Ecclesia. 4°. signum & symbolum est unitatis ejusdem corporis mystici, secundum hanc Ecclesie Collectam: *Ecclesia tua, que sumus Domine, unitatis & pacis propria dona conceperat, que sub oblationibus munieritis mystice designantur*. 5°. temporalis perceptio ipsius in hoc mysterio, signum est futura sempiterna fruitionis in celo, prout rursus Ecclesia canit: *Fac nos... divinitatis tuae sempiternam fruitione repleti, quam presuisti corporis & sanguinis tui temporalis perceptio prefigurat*. Sieque Christus in Eucharistia signum est memorativum passionis praeterite; demonstrativum praesentis unitatis Ecclesie; prognosticum futurae glorie. In hoc ergo mysterio corpus Christi & veritas & figura est ( inquit Augustinus relatus can. utrum sub figura de Confess. dist. 2.) veritas, dum corpus Christi, & sanguis, virtute Spiritus sancti, in verbo ipsius, ex panis & vini substantia efficitur. Figura vero est id quod exterris sentitur. Illi modi & sensus omnes Catholicci sunt, cumque Catholicae de hoc mysterio affectioe veritatis constitutum. Cum igit aliquo ex istis modis, semper ab omnibus Nationibus Christianis intellecti fuerint Patres, qui nobis objiciuntur, perperam à Calvinis in sensu contrario intelliguntur. Noltra quippe expofitio præfata antiquitate, universalitate, omniumque Nationum consentit. Unde

<sup>312</sup> Respondeo 2°. Eucharistiam ab Origene vocari corpus Christi typicum, & à Basilio antypoton aliquo ex dictis modis.

<sup>313</sup> Hieronymus ibi manifestè solùm vult, materiam conferrandam in sanguinem, non esse aquam, sed vinum; vinumque proinde conferrandum, non aquam, offerri in typum, seu signum sanguinis. Quod èum panis consecratus, & vinum consecrat verè & realiter sint Christi corpus & sanguis, docet epift. 1. ad Heliad. ubi ait, quod Sacerdotus Christi corpus sacro ore conficiunt. Epift. 85. ad Evag. ad quorum prece Christi corpus sanguine conficiunt. In Psal. 145. Panem celestem... accipiimus, quia vera Christi caro est.

<sup>314</sup> Ambrosius docet nos bibere similitudinem sanguinis Christi, vel quatenus species vini, sub qua bibitur, est similitudo sanguinis ipsius, vel quatenus sanguis Christi, quatenus in altari offertur & bibitur, similitudo est sanguinis ejusdem quatenus in cruce effusus. Quomodo etiam oblationem altaris vocat figuram corporis & sanguinis Christi in cruce oblati. Denique catenùs dicit, nos Christum habere hic in imagine, in celo verò in veritate; quatenus hic habemus Christum velatum sub speciebus panis & vini; in celo verò videbimus eum

sicuti est: ita ut imaginem non opponat substantialitatem, sed claræ notitiam; nec veritati velaria, sed revelata: veram enim, realiem & substantialiem Christi in Eucharistia presentiam aperte doceri ab Ambroso, constat ex dictis n. 175.

## CAPUT XXIV.

*Augustinum totum esse suum, Berengarius & Calvinus in vanum gloriantur.*

Patet ex solutione argumentorum, quæ ex 315 Augustino objiciunt. Argunt itaque 1°. ex epift. 23. ad Bonifacium, ubi sic: *Sicut secundum quendam modum Sacramentum corporis Christi, corpus Christi est; Sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est; ita Sacramentum fidei, fides est*. Sed Sacramentum fidei, Baptismus utique, non est verè & propriè fides, sed secundum quendam modum, id est significative dumtaxat. Ergo similiter.

Respondeo conferenti hunc Augustini locum, cum aliis n. 178. relatibus ( ubi Catholicam de Eucharistia veritatem dicitur verbis tradit ) perspicuum esse, quod Sacramentum corporis & sanguinis Christi cum Sacramento fidei non comparari absolute & per omnia, sed secundum quendam modum, in quantum feliciter utrumque est Sacramentum, adeoque signum rei, cujus est Sacramentum. Tametí in eo proxime differant quod Eucharistia, non fidei Sacramentum verè, realiter, & substantialiter sit res, cujus est Sacramentum, corpus scilicet & sanguis Christi; licet non modo visibili, palpabili, & divisibili, sicut fuit in cruce, & in humana conversatione; & sic non secundum omnem, sed secundum quendam modum, invisibiliter utique, impalpabiliter, indivisibiliter. Neque enim Augustinus dicendo secundum quendam modum, excludit modum verum, realē & substantialē. Cūm epift. 28. dicat quod anima hominis immortalis est secundum quendam modum. Et epift. 3. Ut bonum fuscipe dignaretur ( Verbum ) & cum illo uniretur quodammodo. Non idem tamen negat, animam humanam esse verè, realiter & substantialiter immortalē, nec Verbum homini verè, realiter & substantialiter unitum.

Argunt 2°. ex serm. de Sacramento altaris 316 ad infantes, ubi dicit, Eucharistiam esse corpus Christi, sicut nos sumus corpus Christi. Sed nos non sumus corpus Christi, verè, realiter & substantialiter. Ergo nec Eucharistia sic est corpus Christi.

Respondeo nec ibi ab Augustino fieri comparationem secundum omnem modum, sed secundum aliquem dumtaxat, inter modum quo Eucharistia est corpus Christi, & modum quo nos sumus corpus Christi. Eucharistia namque est corpus Christi naturale; sicut nos sumus corpus Christi mysticum.

Argunt 3°. Augustinus ibidem dicit, quod 317 panis est corpus Christi. Quod intelligi nequit in sensu proprio, sed figurato tantum.

Respondeo ex contextu apparet quod hoc dicat de corpore Christi mystico, cujus unitatem representant panis ex multis granis coalescens. Ni si dicere malis, quod Augustinus in tantum dicit panem esse corpus Christi, in quantum id quod secundum exteriorem speciem est panis, secundum interiorum veritatem est corpus Christi, quod secundum exteriorem illam panis speciem, representat fidicium unitatem. Sicut enim ( inquit ) ut sit species visibilis panis, multa granis in unum consparguntur; ita & Dominus Christus.... mystrium pacis & unitatis nostræ in sua mensa consecravit.

318 Arguant 4<sup>o</sup>. ex tract. 25. in Joan. *Quid paras dentes, & ventrem? credere & manducasti?*

Respondeo Augustinum ibi non loqui de inan- datione corporis Christi, sed de fide in Ver- bum incarnatum, sicut & de quocumque opere Dei, quo anima spiritualiter alitur in vitam aeternam. Cum enim Iudei Christum quererent propter cibum corporis, non animae, ut Christus ipse ait Iacob. 6. *non quia vidistis signa, sed quia manducasti ex panibus meis;* Christus eos ibi hortatur, ut ipsum querant propter cibum, non qui perit, sed qui permanet in vita eterna; id est non propter cibum corporis, sed animae: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vita eterna.* Quo dicto, Iudei interrogantibus: *quid faciemus ut operemur opera Dei,* quibus anima in vitam alitur eternam? Respondit Jesus, & dixit eis: *hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille.* Hac sunt verba, pro qua- rum explicatione Augustinus subiungit: *hoc est manducare cibum, non qui perit, sed qui permanet in vita eterna (credere utique in eum, quem misit Pater) ut quid paras dentes, & ventrem? credere & manducasti... ipsam fidem dixi opus Dei.*

319 Ad Eucharistiam prouide non pertinente verba objecta, quia ibi non loquitur de mandatione Dominici corporis, nec negat ad illud suscipiendum recte parari os & ventrem: cum 1. 2. contra advers. legis & Prophet. c. 9. fateatur ore suscipi, non corde tantum: *Mediatorum Dei & hominem, Christum Iesum, carnem suam nobis man- ducandam, bibendumque sanguinem dantem, fide- li corde, atque ore suscipimus.*

320 Et quamvis loco objecto Augustinus loquetur de mandatione Dominici corporis, non protinus efficit contrarium. Duplex est enim Dominici corporis mandatio, corporalis, quia corpus Domini in ore suscipitur quad se, & mystica, quia corde suscipitur quad fructum, & spirituale al- mentum animae. Quod si forte de posteriori lo- quatur in verbis objectis; non ideo negat priori, ut numero praecedenti vidimus.

321 Arguant 5<sup>o</sup>. ex tract. 26. in Joan. *Credere, hoc est manducare panem vivum. Qui credit in eum, manducat, invisiibiliter saginatur, quia in- visibiliter renatur.*

Respondeo inanitatem argumenti perspicuum esse ex proxime dictis. Sic enim Augustinus ibi loquitur de mandatione spirituali & mystica panis vivi, ut non negat corporalem & oralem. Solent enim Patres, sicut Augustinus, Scripturam allegoricam profere, sine prejudio sensus literalis. Unde ibidem allegorice exponit tam fimbriae vestimenta Christi, de quo Luc. 8. *Quid est tetragram, nisi credit? non ideo tamem ne- gat verbum, realiter & litteraliter tetragram.* Quomodo etiam conc. 1. in Psal. 68. allegorice exponit nimis Christi in cruce, sicut & simili, de qua in histo- ria Samaritanorum: *Fidem quippe ipsius stiebat; & de cruce, cum diceret, siue, fidem illorum quare- bat.* Nec ideo negat Christum verbum, realiter & litteraliter stiuebat.

322 Arguant 6<sup>o</sup>. ex lib. 20. contra Faust. c. 11. ubi Manichaeos irridet, dicens: *Ore aperto expe- statis quis inferat Christum, tamquam optimae se- palutare, fauibus vestris.*

Respondeo non irridere Manichaeos, quod sen- tient Christum in Eucharistia ore suscipi (scip- sum enim irridet, ut n. 319. vidimus); sed quod fabularentur, omnes arbores esse crucem Christi, de qua Christus deponeretur, & in sepulchrum in- ferrebar, cum fructus ex arbore decerpit ore ex- ciperentur. In modo usque adeo delirabant, ut ipsis obieret ibidem: *Vobis per fabulam vestram, in eis omnibus, Christus ligatus apponitur.* Et lib. de fide contra Manich. c. 34. *Dicitur magno errore...*

Christum quotidie nasi, quotidie pati, quotidie mori... in cucurbitis, & in porris, & in portu- laca, & in ceteris huiusmodi rebus. Magna ridi- cula, magna cecitas, &c.

Arguant 7<sup>o</sup>. ex lib. contra Admant. c. 12. 323 *Non enim Dominus dubitavit dicere, hoc est cor- pus meum, cum signum daret corporis sui.*

Respondeo 1<sup>o</sup>. Augustinum illic disputare contra Manichaeos, qui Christo non tribuebant corpus verum, sed phantasticum, nec proinde de vero Christi corpore intelligebant verba Salvatoris, *hoc est corpus meum, & per signum corporis sui, intel- ligere Sacramentum corporis sui,* quod illius signum est non separatum, sed coniunctum. Siquidem Admantus (quem ibi retulit) ut probaret contrarieatem veteris Testamenti cum novo, ob- jiciebat Deuteronom. 12. vetitum esse carnem cum fanguine manducare, & quod fanguis sit anima carnis. Cui contrarium esse pretendebat Evangelium, dicens, non esse timendos eos qui occident corpus, animam autem non possunt occidere. Quod falso esset, si fanguis foret anima carnis. Ad quam objectionem duo respondet Augustinus. Primo in Deuteronomio id dictum de anima pe- coris. In Evangelio de anima hominis. Secundo fanguinem eatenus in Deuteronomio dici animam carnis, quatenus signum est animae praesens; adeoque praecipuum illud Deuteronomio in signo esse positum. Quod declarat a timili: *Non enim Dominus dubitavit dicere, hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui.* Cum enim fanguis signum sit animae realiter praesens, non absens; adeoque coniunctum, non separatum: cum Dominus dixit, *hoc est corpus meum, signum dei- dit corporis sui realiter praesens, non absens, &c.* quatenus dando corpus suum sub specie pa- nis, dat signum corporis sui praesens. Species namque panis, determinata per verba illa Christi, signum est corporis veri, realiter & substantialiter praesens.

Respondeo 2<sup>o</sup>. probabilitas ex solis illis Augu- 324 stini verbis efficaciter non argui, neque pro nobis, neque pro Adversariis. Quia de Eucharistia mysterio Augustinus ibi non agit, nisi obiter, ad ostendendum quod fanguis ponit dicit anima carnis, tametsi non sit nisi signum ipsum. Ad quod ostendendum cum duplice utatur exemplo, tum Eucharistiae, de quo proxime: tum petra (de qua 1. Cor. 10. *Petra era Christus, significative uiri- que*) tam utitur exemplo signi conjuncti (quale est Eucharistia) quam signi separati, cuiusmodi est petra illa. Cum vero ait: *Non dubitabis Do- minus dicere, hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui,* non explicit de quo signo lo- queretur, an coniuncto? an separato? Ex illa ergo Augustini expressione precise, nec efficaci- ter pro nobis argui potest, nec pro Adversariis. Sed pro erunda circa hoc Augustini mente, ad alia clariora loca recurrentum, ubi hoc mysterium explicat.

Arguant 8<sup>o</sup>. Augustinus in Psal. 3. dicit quod Christus Iudam adiubavit ad convivium, in quo cor- 325 ports & sanguinis sui figuram Disciplina comen- davit, & tradidit.

Respondeo ex dictis n. 311. patentissimum esse, neque ex ito Augustini testimonio, neque ex aliis equimodi, tum ipsis, tum aliorum Patrum ex- pressiōnibus, contra veram, realē & substantia- lem Christi in Eucharistia praesentiam argui posse: cum Augustinus sic admittat in hoc mysterio figuram, ut non excludat veritatem & realitatem corporis sanguinisque Christi. Neque certe scopus seu intentio ipsis eo loco id postulat, sed solum quod eo in convivio Christus dederit signum unitatis & pacis. Ad quam ibi hortatur exemplo Christi, qui cum ipsomet Iuda traditore pacem perpe-

## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

119

tud servare-voluit. Quod probat tum ex osculo, quod ab ipso benignè suscepit, tum ex eo quod ipsum admiserit ad convivium, in quo pacis & unitatis signum tradidit. Convivium quippe Eucharisticum, & Sacramentum est corporis sanguinis Christi, verè, realiter & substantialiter praesens, & signum sensibile unitatis & pacis. Ideo vero Augustinus ibi potius dicit, Christum pro signo unitatis dedisse figuram corporis sui, quam corpus tuum: quia corpus Christi, secundum se præcise, non est sensibile signum unitatis, sed secundum species panis & vini, que in tantum sunt figura corporis & sanguinis Christi, in quantum sunt signum sensibile ipsius.

<sup>326</sup> Arguit 9<sup>o</sup>. ex concione in PL. 98. Non hoc corpus, quod videtur, manducatur estis, & bibitur illius sanguinem, quem fufi sunt, qui me erigunt. Sacramentum aliquid commendavi vobis, spiritualiter intellectum vivificabit vos.

Respondeo Augustinum non negare quod manducatur efflent idem corpus quod substantiam, sed quod existendi modum: neque enim illud manducatur crant in statu mortali, passibili, visibili, & divisibili, in quo fuit quando virus fuit, & crucifixus; sed in statu immortalis, impassibili, invisibili, & indivisibili. Verba itaque ista: Non hoc corpus, quod videtur, manducatur estis, Lanfrancus optime explicat dicens: ipsum quidem, & non ipsum: ipsum invisibiliter, & non visibiliter. Ipsum indivisibiliter, & non ipsum extensem, & divisibiliter: ipsum in statu immortalitatis, & impassibilitatis, & non ipsum in statu mortalitatis, & passibilitatis. Unde Augustinus subdit: Est necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est invisibiliter intelligi. Neque enim Christi corpus in hoc Sacramento exigit modo naturali, sed sacramentali. Propter quod dixit: Sacramentum aliquod commendavi vobis. Addendo vero, spiritualiter intellectum vivificabit vos, veram substantiam Dominicae carnis non exclusit, sed carnalem intellectum illius, qualis erat Capharnaïtarum, qui putabant quod Dominus precarius erat particularis quasdam de corpore suo, & datus illis, ut ibidem Augustinus observat. Simili sensu ibidem dicit, quod Anna, mater Samuelem, non carnaliter Samuelem babere voluerit, non excludendo substantiam carnis, sed finem carnalem: quia ipsum habere voluit, ut Deo, non carni serviret. Quodque substantiam carnis Christi Augustinus non excluderit ab hoc Sacramento, perspicue declaravit, codem loco dicendo: De carne Mariae carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulavit, & ipsam carnem (quam utique de carne Maria accepit, & in qua hic ambulavit) nobis manducandam ad salutem dedit. Ipsam (inquam) in seipsa, non in figura: non in virtute vel effectu, sed ipsam carnem Verbo unitam, id est adorandum, prout aperte significant verba sequentia: Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit.

Arguit 10<sup>o</sup>. ex lib. 3. de doct. Christ. c. 16. ubi postquam dixit: Si pœcepta, Scriptura, locutio flagitiorum aut facinus videatur jubere... figura est: exemplificat in hisce verbis Christi Joan. 6: Nisi manducaveritis carnem Filii Hominis, & sanguinem bibetis, non habebitis vitam in vobis: quia facinus vel flagitium videatur jubere. Figura est ergo, pœceptum Passionis Dominae communicandum, & suaviter, atque utiliter recomendandum in memoria, quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata sit.

Respondeo verba Christi Joan. 6. non videri flagitium aut facinus jubere, nisi intellecta de carne Christi eo modo manducanda, quo à Capharnaïtis putabatur, modo utique carnali, fetino & cruento, ipsam in partes secundum masticando. Sic

proinde intelligendo, verissimè ab Augustino dicti, quod figurata sit locutio, pœceptum communicare passionibus Christi. Sed quia nulla est apparentia flagiti vel facinoris, Christi carnem manducare, realiter quidem, & substantialiter, sed modo spirituali, indivisibili & inveniente: hoc modo intellectam Christi locutionem Augustinus non vult esse figuratam, sed priori modo dumtaxat.

Ecce quā inanis sunt argumenta Berengaria-<sup>328</sup> norum & Calvinistarum ex Augustino, ut ostendit ex ipsomet Augustino. Et profectò cùm tota haeclesia Ecclesia, omnesque Societas & Nationes Christianæ ipsum intellexerint in sensu à nobis allato; nimis petulantis ingenii est, illi sensui, ab omnibus recepto, ipsaque antiquitate & universalitate consecrato, Augustinianaque textui & scopo conformi, cum pauculis contradicere, conquisitusque obcleroribus Augustini testimoniis, clariores textus ejusdem per ea obscurare; cùm eocprā ad obscuriores locutiones illustrandas (ut ipse ait l. 2. de doct. Christ. c. 9.) de manifestioribus sumuntur exempla, & quadam certarum sententiuarum testimonia dubitationem de incertis auferant. Itaque sensus uno loco obscurus, per clariora alia loca est illustrandus. Quemadmodum extra hereticorum ej ex dubiis & obscuris qua certa & manifesta sunt male interpretari; ita solitum est prudentie & pietatis Catholice, ex indubitate atque evidentiis, & firmare ambigua, & latentia declarare, inquit Facundus Herman. l. 9. c. 5.

### C A P U T   X X V .

Hæreticorum à ratione arguenda digna non sunt Philosophia, multo minus Theologia Christiana.

Cum aduersus divinam omnipotentiam pug-<sup>329</sup> nent, ne refutatione quidem digna sunt. Quomodo (inquit) corpus Christi, cum omnibus partibus suis, in celo occupans sexpedale ut minus spatum, in Eucharistia redigi potest ad punctum? Quomodo accidentia panis & vini existere possunt sine subiecto? Quomodo idem Christi corpus existere potest extensum in celo, inextensum in Sacramento? Quomodo totum & integrum in omnibus panibus consecratum, atque in infinitis proprie locis? Quomodo corpus Salvatoris omnes aquiliter sumunt, five qui comedunt magnum, five qui comedunt parvum panem consecratum? Quomodo nutritur corpora nostra accepto Sacramento? Non enim nutritur ex substantia panis, qua secundum nos per consecrationem esse defit. Neque ex substantia corporis Christi, upote quæ in substantiam corporis nostri minimum convertitur. Multo minus ex accidentibus solis panis & vini. Quomodo ex pane consecratio nascuntur veritas specie panis corrupta? Quomodo accutum, & spiritus vini provenit ex calice consecrato? Quomodo Deus purissimus non poluitur, dum a sordidissimis peccatoribus sumitur?

Ecce qualibet argumentum omnipotentie divinae <sup>330</sup> humanae contradicit infirmitas, quam pessidem vana est! inquit Augustinus l. 22. Civ. Dei c. 11. Hec utique objicimus, quia ab Ecclesiæ unitate divisi, dans fieri nolant discipuli veritatis, magistri sunt erroris, ait S. Fulbertus epil. 1. At si Deum omnipotere credi, & hoc conlegatur ut credas, hec per Omnipotentem fieri posse, nec Deum purissimum magis polui, dum os & stomachum peccatoris ingreditur, quam solares radios, dum in foridissimam cloacam illabuntur.

Dic, quisque hæc objicis, an ea quæ dixisti, <sup>331</sup> infinita Dei potentia id est non potest, quia finitus intellectus tuus, quomodo ab Omnipotente fieri